Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26682
Copyright: Admont, Benediktinerstift

et spiritu eius non sunt
fraudati a desiderio suo Adhuc
esce eorum erant in ore ipsorum
et ira dei ascendit super eos
Et occidit pingues eorum et electos
israhel impedivit Inter haec
omnia non peccaverunt adhuc et
non crediderunt in mirabilibus eius
Et defecerunt in vanitate dies
eorum et annos eorum cum festinatione
Cum occideret eos quaerebant
eum et convertebantur et diluculo
veniebant ad eum Et recordati sunt
quia deus adiutor eorum
est et deus excelsus redemptor
eorum est Et dilexerunt eum ore
suo et lingua sua mentiti
sunt ei Cor autem eorum non
erat rectum cum eo nec fideles
habiti sunt in testamento eius
Ipse autem est misericors et propitius
fiet peccatis eorum et non disperdet